





Biblioteka Główna AP Słupsk  
nr inw.: kg - 155522



155522 ZS



155522

K-121/1/82

400,-

ARÆ EXEQVIALES  
SUPREMIS HONORIBUS  
NOBILISSIMÆ, PIENTISSIMÆ, ET HONO-  
RATISSIMÆ MATRONÆ.

GERTRUDÆ

Stollen /

VIRI QVONDAM NOBILISSIMI, AM-  
PLISSIMI, ET CONSULTISSIMI

DN. ANDREÆ

BRUMMERI.

Sæ. Ræ. Mtis Svec. per Pomeraniam Ad-  
vocati Fisci,

VIDUÆ RELICTÆ,

Anno superioris seculi XCIV. XXV. Octob. nata,  
Anno Currentis seculi LXIV. XII. Septemb. denata,

RECTÆ.

ab  
AMICIS

STETINI, Typis MICHAELIS HÖPFNERI, Regii Typogr.

IN NOBILISSIMAM, ET PIENTISSIMAM  
MATRONAM CUM VIDUA NAHE-  
MITICA COMPARATAM.

**T**ristificum ut Vidua planctum, plausumq; revolve  
Lætificum, fremuit quo benedicta Naim,  
Brummeri Viduam, virtutum laude coruscant,  
Extinctam fato littera mœstæ refert,  
Plango piam, doleoq; piis per funus acerbum,  
Subduci: heu gratam prompta ferebat opem!  
Scilicet hæc miseris didicit succurrere; Multi  
Non ignara mali, gnara boniq; fuit.  
Sors dubiis lusit vicibus, sed speq; fideq;  
Nixa, senectutis mitia fata tulit.  
Felici scribas viduam de sorte Naimi,  
Quæ Natum amplexu fert hilarata suo.  
Nomino Brummari Viduam, quam sanctus Olympi  
Angelus in rutili lucida tecta vehit.  
Hæc planctum plausu vicit: Concurrite cives  
Cælestes, celi pars nova lata fuit.  
Quæ Christo sociata comes, comitatur euntem,  
Agnum, cum turbâ concomitante poli.  
Floridus hic vernat Paradisus, vividus illic  
Fons salit, absterfa est lachryma cuncta genis.

*l. meritoq;  
Intimi affectus erga Nobilissimam, piissimamq; Matro-  
nam contestandi gratiâ apposuit.*

Johannes Maufisch/ S. Theol. Doctor & Prof. P.  
Gymnasii Gedanensis Rector & Pastor S. Trinitatis

**Q**uando Nainiticam viduam Solamine Christus  
Erigit, & de illa pulpita sancta docent,

Brum-

Brummeri Viduam Stetini morte peremptum  
Me tua, Garbrechti, littera scripta docet.  
Verè etiam huic Viduæ tot, tantaq; nubila passæ  
Tempora, solamen cœlitus exhibitum est.  
Heu quoties lachrymis oculiq; genæq; madebant,  
Heu quoties tristis pondera cordis erant;  
Mansio per vitam satis irrequieta, referta  
Exilio, & curis illaqueata fuit.  
Sum testis, vidi satis, & sæpe auribus ipse  
Matronæ audiui cum gemitu lachrymas;  
Solabar verbo divino, sistere planctum.  
Hortabar, monstrans auxilium Domini.  
Sed nunc ipse Deus solamen misit ab Axe,  
Et finem fecit cordolii varii.  
Nunc Deus abstergit lachrymas, nunc esse quietam  
Ipse animam jubet, & mulcet amore suo.  
Reddita nunc Matri, nunc reddita læta parenti est,  
Et cum præmissis cœlica tecta colit.  
Vivat jô, vivat, post tot discrimina vivat!  
Inter Cœlicolas gaudia mille videns;  
Nos olim læti JESU mandante sequemur,  
Qui nos conjunget lætitiæ socios.

*Paucis his funus Beata Matrona condecorare, eiq; de  
felici aeternæ gloriæ fruitione gratulari voluit  
Abraham Heysius, Dantiscanus, Ecclesiæ  
Patriæ ad D. Johannis Pastor.*

**S**ic est! omnis Homo, cui nasci contigit, ille  
Rursus in hæc nigra contumelandus humo,  
Non refert plures, an paucos vixerit annos,  
Quæ positus fuerit vel statione sua.  
Omnes expectat communis Portitor, atq;  
Hunc ad fatalem præcipit ire locum.

Unde

Unde nefas, cuiquam superas in luminis auras  
Migrare, & vitæ munus obire suum.  
Destinat ast omnes prenas Adamantinus obex,  
Donec iudicii venerit ille dies,  
In quo pro merito iudex generalis in orbe  
Censuræ expendet fanda nefanda suæ.  
Horum jam numero Vidua est *Brummeria* tandem.  
Proh dolor! ascripta & consociata nigro.  
Cujus vita fuit digna hæc quoque longius uti  
Solamen miseris, pauperibusque viris.  
Qui matrem cupidè senserunt rebus in arctis  
Atque manu largà munera sæpè dari.  
Quamvis id malè apud quosdam sit sæpè locatum,  
Atque Hæres posuit qui benefacta malè.  
Quicquid sit, *Dominus* benefacta repondet, & illi  
Pro meritis largè præmia justa dabit.  
Contra quem nemo vel turba catoblepa murmur  
Vel risum moveat dente fremente malè.  
Defunctæ placidam requiem nos rite rogemus,  
Usque sub adventum, Christe benigne, tuum.

LAURENTIUS GABLERUS, Poeta Laur. Cæsar. S. R.  
Mtis Poloniae Secret. & Advocatus, & defunctæ,  
dum vivebat, litis Curator, ex lecto scribebat  
æger condolentiæ ergo Dantisci.

IN Christo vivens, jam vivens mortua mundo,  
In Christo moriens, mortua vivo polo.  
Christe necis, vitæque potens, spes una salutis,  
Nunc tibi, cui vixi, corpus inane cubo.  
Spes mea dum vixi, quoque nunc in morte manebis;  
Expecto reditus tempora læta tui.

Contestandi dolentis affectus & ultimi honoris causa adjecit lugens  
CHRISTIANUS ZÜLICHIVS, Reg. Sv. & El. Brand. Dicast.  
Pom. Advoc. Præf. Julin. p. t. Secret. & Reip. ejusd. Senat.

SAV  
date 9.12.82 1/00  
nr factory 2442H

BIBLIOTEKA  
GŁÓWNA  
WSP  
w Słupsku

155522 ZS